



Basilicum, aroma regificum

(Lucia Mattera)

Ornat aram Virginis in Graecia, velut olim simulacrum Magnae Matris in mundo Medirraneo. Loquimur de basilico, cuius nomen originem trahit a Graeco nomine βασιλεύς, id est “rex”, relatum interdum Christo eiusque cruci.

Dicitur enim plantas basilici, quae in semita floruerunt, duxisse Sanctam Helenam ad locum crucis Christi.



Eadem planta, iam antea, utebantur Aegyptii ad sarcophagos odore
imbuendos.



In Graecia autem, septimo decimo die ante Kalendas Septembres, paratur
cum basilico paniculum sacrum. Inter cantus ac saltationes, offertur Matri
Dei in aedicolis et aris foliis ornatis.




Similis mos in Sicilia , ubi pro Santo Iosepho parantur altaria cum panibus maxime spectacularia.




Aterum nomen tribuitur basilico, praecipue in Italia meridionali, id est "vas Nicholae" in memoria iuvenis hoc nomine in legenda aetatis medievalis.

Narratur de iuvene, quae vivebat, post mortem patris, cum tribus fratribus divitiarum avidis. Olim puella in amorem cecidit viri probi sed pauperis, in odio eius fratrum.



Hi cum dolo iuvenem duxerunt extra urbem, eum necaverunt et humi
sepelierunt. Multi dies igitur transierunt et puella frustra eius redditum
attendebat.

Tandem amatus ei in somnio apparuit, necem denuntians necem locumque
in quo iacebat. Puella cum serva ad illum locum se praecipitavit, fodit
profunde et invenit corpus amati. Ei, qui subridere dulciter parebt, rescidit
caput et abscondit secreto in vase. Quotidie misera in eo flebat: folia
floruerunt et acrem odorem domum inondabat.



Erat illud "vas Nicholae", floridus lacrimis et amore.



Eadem legenda est in opera Johannis Boccaccio, cui titulus est "Decameron" cum aliqua variatione. Nomen puella est Lisabetta, Paulus iuvenis ab illa amatus. Fratres puellae crudeliter ei imposuerunt ut relinqueret caput sepultum, itaque Lisabetta morietur ob dolorem et vetitum luctum.

Basilicum, denique, in culina esse potest ornamentum, ut in pane floreali cum holeribus et herbis variis.

